



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Antverpiæ, 1605

Svmma Privilegii Regis Catholici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53700)

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, &c. Rex Catholicus, diplomate suo sanxit, nequis, Iusti Lipsi Historiarum in alma Vniuersitate Louaniensi Professoris, & item Historiographi sui libros quoscumque, à Censoribus legitimis approbatos, præter ipsius, heredumve eius, voluntatem, intra triginta annos à prima singulorum librorum editione computandos imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has inferioris Germaniæ ditiones importet, venalesve habeat. Qui secus faxit, præter librorum confiscationem triginta marcharum auri puri illatione mulctabitur. Vti latius patet in litteris, datis Bruxella XIV. Febr. M. D. XCVII.

Signat.

Verreycken.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

HENRICVS Dei gratia Galliarum & Navarra Rex Christianissimus, singulari privilegio sanxit, nequis per vniuersos Regnorum suorum fines, Iusti Lipsi, quos vel hæcenus edidit, vel in posterum editurus est libros, & nominatim L. ANNAEI SENECÆ Philosophi Opera, quæ recens ille emendauit & Scholiis illustrauit, excudere intra decennium præter voluntatem ipsius possit. Qui secus faxit, præter librorum confiscationem, ter mille florenorum illatione mulctabitur; vti latius patet in litteris, datis Parisiis, XIII. Iulij, M. DC. V.

Signat.

Perrochel.

TIBI IOANNES MORETE, pro amicitia quæ mihi cum Plantino (heu, quondam meo) & Plantinianis est ac fuit, tibi, inquam, permitto, vti L. ANNAEI SENECÆ PHILOSOPHI OPERA, quæ emendauit & Scholiis illustrauit, typis tuis excudas ac diuulges. Nequis alibi alius præter te, cupio siue iubeo, ex lege quam magnus Cæsar & Reges dixerunt.

Iustus Lipsius.